



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1740. usque ad annum 1742

**Fleury, Claude**

**Augustæ Vindelicorum, 1787**

**VD18 90119649**

§. 35. Scriptorum Religione Catholicorum opera & obitus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67882](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67882)

hanc quæstionem a suo Principe (utpote Sæc. XVIII.  
cui jus Pontificium in sacra, soli juxta A. C. 1740.  
ipso competit) decidi petierunt, eo-  
quod, addebat ipsi, inconvenientissi-  
mum foret, si cuivis matrimonii prohibi-  
tionem ex S. literis declarandi facultas con-  
cederetur (forte in quibusdam velotiosus  
vel stupidus est spiritus privatus) Hoc  
ergo dubium dissolvere, ac certum prin-  
cipium, juxta quod occurrentes casus  
deciderentur, statuere, Berolinensi Con-  
sistorio, cui utique præ Mindensi, infal-  
libilitatis donum competuisse necesse est,  
die duodecima Julii demandatum est,  
cujus etiam decisio Regis jussu ab om-  
nibus Prædicantibus promulgata, atque  
executioni data fuit, & Georgius Hen-  
ricus Styrer Juris Professor Borussicum  
hoc editum edita *commentatione acade-  
mica de jure dispensandi circa connubia jure  
Divino diserte prohibita illustravit.*

§. XXXV.

*Scriptorum Religione Catholicorum  
opera & obitus.*

Hoc item anno plures eruditione cla-  
rissimi Viri Orbi literario per com-  
mune mortalium fatum erepti fuere.  
Hos inter primum sibi locum vendicat  
Cacciaturo de Arachiele natione Arme-  
nus, Theologiæ Doctor ac Missionarius,  
qui Arzerone in Armenia minore na-  
*Hist. Eccles. Tom. LXXVII.* Y. tus

Sæc. XVIII. A. C. 1740. tus, decimo quinto ætatis anno Roman de propaganda fide confecto laudabilissime studiorum cursu tam Venetiis, quam Constantinopoli suis Concionibus non minus facundis quam servidisi, vastaque sua eruditione magnum sibi nomen comparaverat. Obiit Venetiis die secunda Maii: Posteris reliquerat summa universæ Theologiæ, necnon universalis Theologiæ speculativæ, dogmæ, positivæ & moralis opus, præ introductionem ad Christianæ vite mores armenice scriptam, cuius tamen editio nondum erat absoluta, cum Author vivis eriperetur: quocirca Abbot Micatarus eidem ultimam manum movit. II. Petrus Julianus Rouille jesuita, qui sermonem de utilitate Mathematicos edidit, & Romanorum Historiam a P. Catrou editam notis & dissertationibus illustravit, utilemque operam edendas Patris Orleans revolutiones Hispanas & ad Trivoltenses ephemedes junxit. Decessit die septima præ Mensis. III. Nicolaus Commenius padopoli in Universitate Patavina Professor juris Pontificii, & ad S. Zenobium Abbas, qui Cretæ natus duodecimo ætatis anno Romanum deductus, Collegiis S. Athanasii sacratoribus literis operam dedit, ac tandem Patavii annæ ætatis octogesimo quinto die vigesimali

narii deceffit. Scripsit Historiam Gymna- Sæc. XVIII.  
 sii Patavini, Prænotiones mystagogicas A. C. 1740.  
 ex jure Canonico, testimonium Græciæ  
 sapientis, tractatus de probationibus, de  
 præsumptionibus, de hæreticis, de pote-  
 state usurarum, de differentia græcorum  
 & latinorum Episcoporum, epistolam  
 contra Jobum Hokston hæreticum, & tra-  
 ctatum ad titulum de testibus. Nondum  
 edita asservantur I. ejus instituta Græco-  
 latina, II. Opus annorum de Ecclesiæ  
 Græcæ Sanctis, & III. carmina. IV. In-  
 nocentius Pokorski Ord. Eremit. S. Pau-  
 li, qui Varsoviæ publici juris fecit vitas  
 SS. Patrum Paulinorum ex S. ejusdem  
 Ordinis annalibus excerptas V. Paulus  
 Antonius Monelia Carmelita, qui Italice  
 reddidit celebratissimum opus sub titulo:  
*Entretiens sur l'eloquence de la chaire & du*  
*Bureau:* ipsus vero elucubravit sacras re-  
 flexiones in gesta magis heroica S. The-  
 resiæ, mysticam enumerationem obse-  
 quiorum erga eandem, vitam S. Joannis  
 a Cruce, synopsin miraculorum S. Mariæ  
 Magdalenæ de Pazzis &c.

### §. XXXVI.

*Scriptores Acatholici hoc anno mortui,*  
*eorumque Lucubrationes.*

Occurrunt insuper ex Acatholicis non-  
 nulli, qui relictis ingenii sui monu-  
 mentis hoc anno deceffere: ex his pri-  
 mus est celeberrimus Georgius Melchior

Y 2

Lu-